


Ius Canonicum

Incun. 16.

Andreae (Joh.): De sponsalibus et matrimoniis.



¶ Capitula Tractatuli Jo. An. de sponsalibus z matrimonijs.

¶ Secunda pars huius tractatus de matrimonio habet octo capitula.

a

¶ Summa Johannis Andree de sponsalibus et matrimonijs. Et primo diffinit sponsalia.

Sponsalia sunt futurarum nuptiarũ promissio. Ex qua diffinitione: que cõmunis est canonistis et legistis: patet q sponsalia debẽt precedere matrimoniũ: sicut p̃ns precedit futurũ. Dicuntur aũt sponsalia a spondeo spondes. i. promitto.

¶ Capitulũ secundũ qualiter contrahantur sponsalia.

Contrahuntur aũt spõsalia quatuor modis. Uno modo nuda promissione: sicut qñ dicitur. Accipiam te in vxorem. et accipiam te in virum. Alio modo datis arris sponsalibus pecunijs vel aliquibus alijs rebus. Alio modo annuli subarratiõe. Et istud vulgariter dicit desponsatio. sed ppꝛie subarratio nuncupatur. Alio modo interueniente iuramento. ita tñ q sint verba de futuro vt dictum est. quia si essent verba de presenti iam non essent sponsalia.

¶ Capitulum tertium qua etate possunt contrahi sponsalia.

Quoniam post septenniũ. i. etatem septem annoꝝ tam pueri q̃ȝ puelle incipiũt habere discretionem: que requitur in sponsalibus contrahendis: ideo post septennium contrahi possunt sponsalia. Si vero ante septennium ipsi vel parentes eoꝝ noĩe ipsoꝝ contrahant sponsalia: nihil agunt: nisi cũ veniũt ad septennium incipiat eis placere. et extunc valent: ita q licet sponsus non cognoscat sponsam carnaliter. consanguineam tñ eius non poterit habere in vxorem nec econuerso.

¶ Et nota q etas ad comprehendenduȝ matrimonim apta in puella est. xij. annorum. In puero vero. xiiij. annoꝝ. Si ante contrahunt non est matrimonium: sed sponsalia tantum. nisi

fuerint ita etate nubili ppinqua q possint carnaliter cõmisce-ri. et tunc etatem videatur malitia supplere.

Capitulum quartum. quis sit effectus sponsalium.

Sponsalia cõtrahuntur duobus modis. Quia cõtrahuntur quandoqz sub conditione apposita. Quandoqz pure Si contrahũtur sub cõditione apposita: hoc potest esse multis modis. quoniam conditio apposita: aut est possibilis: aut impossibilis: puta contraham tecum si tetigero celum. Aut sit necessaria: puta contrahaz tecũ si sol oriatur cras. debẽt haberi pro non adiectis. i. pro non appositis. Si autem conditio sit possibilis. Aut est honesta aut inhonesta. Honesta q2 contraham tecum si pater meus voluerit. vel si dederis tantuz. Non tenet matrimoniũ nisi conditio sit cõpleta: etiam si in cõtrahendo fuerit appositum iuramentum. Et istud intellige nisi fuerit carnalis copula subsecuta inter eos: qui videntur a cõditione apposita incidisse. Si vero conditio fuerit inhonesta et contra naturam ac substantiã matrimonij: puta quia dixi: Contrahaz tecum si procures tibi venena sterilitatis: vel si pro pecunia ad adulterandũ te tradas: vel donec inueniaz aliam te pulchriorẽ Ista conditio vitiat contractum: ita q non sunt sponsalia nec matrimonium. Si vero conditio sit inhonesta et non sit contra naturam matrimonij: puta quia dixi Contraham tecum si hominem interfeceris. vel si furtum feceris. et similia. pro non adiecta debet haberi. et ista est vitianda.

Nota tamen q licet sit dictum q sponsalia possunt cõtrahi sub cõditione promisse pecunie. nõ tñ potest promitti pecunia in modũ pene. Et si promissa fuerit nõ tenet pena pmissionis vt si dicatur. Nisi contraxero tecũ tibi dabo centũ marchas. nõ valet adiectio pene cum libera debeant esse coniugia. de verbo obli. c. de sponsali. Si autem contrahantur sponsalia pure

ꝛ sine conditione ꝛ sint ambo apti ad matrimonium contrahen dum si in sponsalibus interuenit iuramentū: compellendi sunt per excōmunicationē consumare matrimoniū. nisi forte timea tur de vxoricidio vel de aliquo alio periculo. Si autem alter illorum contraxerit cum alio per verba de presenti: iniun- gatur ei penitentia de periurio ꝛ fide mentita. et absoluatur ab excōmunicatione. Si autem non interuenerit iuramentum: monendi sunt consumare matrimonium. non cogendi. quia inuite nuptie malos cōsueuerunt habere prouentus. Si autē neuter sit in etate nubili. alter tenetur expectare donec ꝑueniat ad annos etatis. Et idem dico si vnus est in etate legitima ꝛ al ter non. quia ille qui non est tenetur alium expectare. Uel si mutuo se absoluerint poterunt ecclesie iudicio separari.

Capitulum quintum In quibus casibus sponsalia dissoluuntur.

EX quo sponsalia semel contracta sunt. semper ligant. ita ꝙ si aliquis contrahat sponsalia postmodum cum alia ꝛ non est processum ad carnalem copulam. compellendus est redire ad primam. Si vero cognouit carnaliter secundā. iam matrimonium dicitur quia remanere debet cum secunda ꝛ nō redire ad primam.

Soluuntur autem sponsalia octo modis siue casibus.

Primus est si alter eorum vult transire ad religionē. quod potest facere altero inuito. si fuerit matrimonium per verba de presenti contractum. dummodo non fuerit per carnalem co pulam consumatum. ꝛ ille qui remanet in seculo remanet abso lutus a vinculo sponsalium. ꝛ hoc quando alter fuerit ꝓfessus in religione illa.

Secundus est qñ sponsus non inuenitur ꝙ transferat se ad aliā regionē. recepta tñ prius de periuria penitētia si per eam steterit quo minus matrimonium fuerit consumatum.

¶ Tertius si alter ipsorum post contracta sponsalia incurrerit lepram aut paralisim: aut oculos: aut manum: aut pedem amiserit vel aliud ei turpius euenerit.
¶ Quartus si superueniat affinitas: puta quia sponsus cognouit consanguineam sponse: vel econuerso. ad probandum sufficit sola fama.
¶ Quintus si mutuo se absoluerint. Quidam tamen non recipiunt istum casum. vnde dicunt quod illa decretalis extra de spon. propterea non est decretalis: vel loquitur de promissione comparatiua.
¶ Sextus si alter eorum fuerit fornicatus.
¶ Septimus quando sponsus de futuro de facto cum alia muliere vel illa cum alio homine contraxerit per verba de presenti: vel per verba de futuro et sequitur carnalis copula: tunc soluuntur prima sponsalia propter maius periculum superueniens. sed debet agere penitentiam de fide promissionis mentite.
¶ Octauus quando minor venit ad etatem legittimam et petit absolui a vinculo sponsaliorum et dari sibi licentiam nubendi alteri.
¶ Et nota quod omnes isti casus preter primum .s. quando homo vult transire ad religionem sunt de sponsalibus de futuro que proprie dicuntur sponsalia.
¶ Nota etiam de duobus in casibus predictis ipso iure soluuntur sponsalia. scilicet quando intrat religionem: et quando contrahit matrimonium cum altero vel altera. In ceteris vero casibus soluenda sunt per iudicium ecclesie.

¶ Incipit secunda pars huius tractatus: que tractat de matrimonio. et habet octo capitula.

Postquam tractatum est de sponsalibus: dicendum est de matrimonio. Et circa hoc consideranda sunt octo.
¶ Primo quid sit matrimonium et vnde dicatur.
¶ Secundo qualiter contrahatur. ¶ Tertio quando et vbi et qui

bus verbis matrimonium fuit institutum. ¶ Quarto que sint cause institutionis matrimonij. ¶ Quinto qui possunt contra-here matrimoniũ. ¶ Sexto quot modis dicitur matrimoniũ. ¶ Septimo quot sunt bona matrimonij. ¶ Octauo et vltimo que impediunt matrimonium.

¶ Capitulum primũ Quid est matrimonium.

Matrimonium a doctoribus sic diffinitur. Matrimoniũ est viri et mulieris coniunctio indiuiduam vite consuetudinem retinens. Non dicit viri et mulierum. vel virorum et mulieris: quia nec vnus vir plures vxores nec vna mulier plures viros habere potest. Dicit indiuiduam. Et hoc est quod neuter absque consensu alterius potest continentiam profiteri: vel orationi vacare. Et quod inter eos dum viuũt vinculum permaneat coniugale.

¶ Aliter diffinitur sic. Matrimonium est viri et femine consortium cõmunis vite diuini et humani iuris coniunctio. Dicitur autem matrimoniũ a mater matris et munio. is. Unde matrimunium .i. officium quod dat mulieribus esse matres. Vel ideo magis denominatur a matre quam a patre: quia eius officiũ magis apparet in matre quam officium viri.

¶ Capitulum secundũ Qualiter contrahatur matrimonium.

Solo consensu contrahitur matrimoniũ. Qui si solus desit cetera etiam cum ipso coitu frustrarentur. Ex quo enim vir per verba de pñti consentit matrimoniali copule de facto et mulier in virum. siue verbis consuetis dicit. Accipio te in meam. et illa respõdit. Accipio te in meũ. Vel sic Volo te de cetero habere in vxorem. et illa respondit. Volo te habere in virum. Vel quibuscũque verbis vel signis exprimatur statim est matrimo-

niū. Et notanter dico signis: q sardus vel mutus pōt ꝯtrahere matrimonium. Ueruntamen si loqui possunt contrahentes verba sunt necessaria quantū ad ecclesiam consuetum nutum continentia vel exprimentia.

¶ Capitulum tertium Quō et vbi et quibus verbis matrimonium fuit institutum

In paradiso terrestri fuit matrimoniū institutum et etiam ante peccatum. Quibus aūt verbis fuerit institutū dicunt aliqui q istis .s. Crescite et multiplicamini et replete terram. Sed nō credo q istud sit verum. Fuerunt enim verba potius benedictionis nubentiū. Unde dico q verbis Ade ꝓphetico ore prolatis fuit institutmu qñ dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea. propter hoc dimittet homo patrem et matrē et adherebit vxori sue et erunt duo in carne vna. Unde vide hoc supra de sacramentis in generali. c. j. etc.

¶ Capitulum quartum Que sunt cause institutionis matrimonij.

Que sint principales cause matrimonij licet sint multe secundarie. Principalis tamen et prima causa ē susceptio sobolis: et propter hanc causam instituit deus matrimonium in paradiso ante peccatum. et inter primos parentes. quibus dixit. Crescite et multiplicamini. Secunda est vitatio fornicationis. Et ista causa habet locum post peccatū. Unde de ista dicit Apostolus. Propter fornicationem vnusquisqꝫ vxorē suam habeat. et vnaqueqꝫ virum suum.

¶ Cause secūdarie sunt multe. s. pacis reformatio. vxoris pulchritudo. et diuitie. et similia. ita tñ q intentio principalis illoꝝ qui contrahunt nō referatur ad ista sed ad duo prima.

¶ Capitulum quintū Qui possunt contrahere matrimonium.

OMnis homo qui potest consentire in coniugalez effectū ꝛ carnalē copulaz exercere: nisi expresse ꝓhibeat̄: potest contrahere matrimoniū. Dicit qui consentire potest: q꞉ licet puer in etate legitima cōstitutus hoc est in. xiiij. anno ꝛ puella in. xij. dicat verba apta ad matrimonium. Similiter ille qui insanus est vel furiosus si dicat illa verba nō contrahit: q꞉ consentire nō potest. ꝛ hoc est verum q̄zdiu est in furore cōstitutus quoniam si aliqñ habeat lucida interualla: ꝛ aliqñ redit ad sanam mentem nubere potest ꝛ testari. ꝛ omnia que alij possunt potest ꝛ ipse: vt. c. de codicillis. c. nec codicillos. vij. q. j. q̄zuis iste dicitur carnalem copulam exercere. ideo ꝙ ille qui caret vtroq꞉ testiculo vel est frigidus naturaliter cōtrahere non pōt. Dixi etiam: Nisi expresse prohibeat̄: quia edictum factū de matrimonio contrahendo ē prohibitorium. i. omnis qui prohibetur admitti contrahere non pōt. Prohibentur enim aliqui propter votum vel propter ordinem. Et sic de alijs impedimentis de quibus dicetur infra.

¶ Et nota ꝙ matrimonium cōtrahi potest inter absentes per procuratorem: sicut fuit factum inter dn̄m Regem Aragonū ꝛ dominam reginam que nunc est.

¶ Capitulum Sextum. Quot modis dicitur matrimonium.

MAtrimonium dicit̄ multis modis. Nam matrimoniū aliud est Legitimū. Aliud Clamdestinum.

¶ Legitimū est qñ ab his qui super feminam potestatē habēt vxor petitur ꝛ a parentibus sponsatur ꝛ legibus dotatur. ꝛ a sacerdotibꝫ vt moris est benedicitur: ꝛ paranymphis custodiat̄ ꝛ solēniter accipitur. Non tñ intelligas ꝙ sine solennitatibus istis non posset esse matrimonium. Uerum sed sicut in alijs sacramentis. Quia quedam sunt de necessitate sacramenti. Quedam de solennitate tantum. Ita ꝙ in matrimonio que-

dam sunt pertinentia ad substantiam matrimonij sicut consensus per verba de presenti expressus. et iste solus facit matrimonium. Quedam sunt ibi pertinentia ad solemnitatē et decorem sicut solennitates predicte: sine quibus est verum et legitimum matrimonium quantum ad virtutem: licet non quo ad honestatem.

¶ Clandestinum matrimoniū est qn̄ fit sine solēnitatibus predictis. et qui et que sic contrahunt exponunt se magno periculo. Posset enim alter alterū dimittere qn̄ vellet: et de facto cū alio vel alia cōtrahere et sic in adulterio manere. Un̄ talibus consulendū ē in foro penitentie vt de nouo in facie ecclesie ꝯtrahant.

¶ Item matrimonium. aliud initiatum. aliud consumatum.
¶ Initiatum per verba de presenti. ¶ Perfectum siue consumatum per carnalem copulam.

¶ Nota tn̄ q̄ matrimoniū pōt duobus modis esse perfectū. Uno modo sanctitate. Alio modo significatione.
¶ Matrimonium pōt esse perfectum sanctitate ante carnalem copulā. Unde Augustinus scribens ad quandā que simul cū viro suo votū emiserat castitatis. dicit sic inter cetera. Non qz pariter temporalibus a cōmixtione carnali ideo maritus esse desiderat: immo tanto sanctius coniuges manebitis quanto sanctiora concorditer placita seruabitis.
¶ Sed matrimoniū non ē significatione perfectū ante carnalē copulam. Coniunctio enim corporū viri et vxoris significat coniunctionem diuine et humane nature in persona filij dei. Uide hoc supra de sacramentis in generali. cap. ij. Et sic soluitur illa questio vtrum inter beatam virginē Mariam et Joseph fuerit perfectū matrimoniū: quia fuit perfectū sanctitate: et non significatione. Quidam dicunt matrimoniū initiatum per sponsalia de futuro. ratum per consensum de presenti. consumatum per carnalem copulam.

¶ Item matrimonium Aliud legitimū et non ratum. Aliud ratum ꝛ non legitimum.

¶ Legitimū ꝛ non ratū est inter infideles. Et dicitur legitimū qꝛ legali institutione vel prouincie moribus nō contra passionē dñi contrahitur. sed non est ratum coniugiū. quia fit sine fide. igitur nō est ratum coniugium quod sine deo est.

¶ Ratum sed non legitimū. quia inter legitimas ꝛ fideles personas fit. sed sine legitima solennitate contrahitur. Ratum ꝛ legitimū matrimoniū est inter legitimas personas cum debita solennitate contractum.

¶ Capitulum septimum. quot sunt bona matrimonij.

Bona matrimonij principaliter sunt tria. scilicet. Fides. Proles. ꝛ Sacramentum.

¶ Fides. quia nullum adulterium fit. vt supra dixi.

¶ Sacramentum. quia nullum diuortium.

¶ Proles. quia coniugem vitare non debet. xxv. q. ij. c. omne itaqꝫ. de con. ap. c. vlti. si peccauimus. In primū bonum est vt fiat diuortiū vel separatio ꝑpter adulteriū vxoris perdit ipam dotem nisi si fuerit reconciliata viro. sed ꝑpter adulteriū viri perdit ipse donationem ꝑpter nuptias nisi reconcilietur vxori de dona. inter virum ꝛ vxorem. c. plerūqꝫ. Si propter aliquod impedimentū puta consanguinitatis vel affinitatis. si ignoranter contraxerunt recuperet mulier dotem ꝛ cetera bona sua. et vir donationē propter nuptias. si scienter perdit alter quicqd alteri dederit applicatur fisco. nisi ꝑpter bonum pacis aliter statuatur. scilicet ꝙ vterqꝫ recuperet quod dedit ꝛ sit necesse.

¶ Et scias ꝙ iudici cōmittitur causa matrimonij que cōmittenda est solum habentibus potestatem ꝛ scientiam. de consangini. ꝛ affini. c. j. Etiam causa dotis. eo. ti. c. iiij. Et si multus fauor debebatur mulieribꝰ in dotibus et donationibus ꝑpter

nuptias. nõ tamen tantus q̄ propter hoc alij grauentur. vnde cui data est rei possessio vsq̄ ad tempus ꝛ sub conditione re-uocatoria eam vxori concedendo propter donationem cum pacto de ipsa lucranda nil plus iuris transfertur ipsam quam ipse habebat nisi is ad quem res pertineret consentiret. co. ti. nuper. ꝛ proprie vxor dat dotem viro. vir autem donationem mulieri ꝑpter nuptias vt ibi ī fine. Et scias q̄ si vir vergit ad inopiam male vtendo re sua. debet quam pōt cautionē de dote prestare. secus si sit pauper. si nō dissipat. co. ti. per nostras.

¶ Sciendum est autem q̄ donatio facta inter virum ꝛ mulierē constante matrimonio ex quo alter locupletior alter pauperior factus est nō tenet. tamen confirmatur morte donatoris. Sed si reuocetur prius moriente donatore euanescit. si al's reuocet̄ tacite vel expresse soluto matrimonio dos ad mulierem reuertitur. donatio aūt redit ad virum. nisi aliud de consuetudine vel de pacto quod cum equale sit indicatur. co. ti. c. vlti.

¶ De tertio autem bono scilicet prolis. scias q̄ tantum est fauorabile ipsum matrimonium q̄ legitimat filiū precedentem qui fi. sunt le. c. j. Et hoc verum est si conceptionis ipsius tempore vterq̄ est solutus. ita q̄ tunc poterat esse matrimonium. co. ti. c. tanta. al's secus est. co. ti. c. j. ꝛ tales filij ꝓprie legitimi esse nati dicuntur. Sed illegitimi quos papa legitimat. quod potest esse quo ad temporalia. presertim vbi vtranq̄ obtinet potestatem. co. ti. per venerabilem. Et scias q̄ licet aliqua putaretur concubina si probetur vxor. proles inde nata legitima est. co. ti. per tuas. Et si agatur de hereditate ꝛ obijciatur de legitimatione. tractabitur hoc coram iudice ecclesiastico. co. ti. lator. ꝛ c. causam. ij. Sed si parentes negant aliquem filium. creditur eorum verbo nisi probetur contrarium. co. ti. c. transmissam.

¶ Capitulum [illegible] de impedimentis matrimonij.

IMpedimēta matrimonij sunt duodecim: que impediūt matrimoniū contrahendum ⁊ dirimūt iam contractum. Si tamen ipsa vel aliquod ipsoꝝ precedat matrimonium: qm̄ cōsensum cōiugalem excludunt. Si vero sequantur matrimonium: nullū prestant impedimentū: sicut patet ꝑ ista exempla. qui furiosus efficitur nō propter hoc soluitur matrimonium. ¶ Item qui habet vtrunqꝫ testiculū siccum nō potest cōtrahere matrimoniū. ⁊ ita intelligendum est de alijs impedimentis.

¶ Que aūt sunt impedimenta matrimonij in his quatuor versibus sequentibus continentur.

Error. conditio. votum. cognatio. crimen.
Cultus. disparitas. vis. ordo. ligamen. honestas.
Si sis affinis. si forte coire nequibis.
Hec facienda vetant connubia: facta retractant.

¶ De singulis igitur per ordinē videamus. Et primo sciendū est ꝙ error saltem persone ex sui natura nō ex constitutione ecclesie habet matrimoniū dirimere. Errare enim est vnum pro alio putare. ⁊ error est contrarius cōsensui. Cum ergo solo consensu matrimoniū contrahatur: vt dictum est supra.

¶ Sciendum tamen est ꝙ quadruplex est error. persone. conditionis. fortune. ⁊ qualitatis.

¶ Persone. Iste error habet dirimere matrimoniū: vt si credo contrahere cum Catherina contraham cum Maria.

¶ Conditionis. Et iste etiam dirimit. sed fit deterioris: vt si liber cōtrahat cū serua quā credit liberā. nisi forte postq̄ scivit verbo vel facto cōsenserit. ⁊ matrimonio ob hanc causā separato licitū est vtriqꝫ cōtrahere. vt de coniu. ser uo. c. ij. ⁊ vlti.

¶ Liberū aūt dico q ex libera matre nat⁹ ē. infra d̄ na. ex li. vē. c. vnico. ⁊ defēdi debēt libertates ꝑ eccl'iaꝫ. vt ibi d̄ ꝯsuetudine

tū potest induci q̄ filius sequeret̄ patrem. de con. ser uo. c. iij.
¶ Fortune ꝛ qualitatis. ꝛ isti non dirimunt. vt si credam con-
trahere cum virgine vel cum diuite. ꝛ contraham cū paupere
vel corrupta.
¶ Nota hoc verbum Conditio. sed magis placet hos omnes
errores concludi sub hoc verbo Error. Istud aūt verbū Con-
ditio exponitur vt statim dicam. Si licita cōditio apposita fu
erit in matrimoniali contractu nisi seruetur nō est matrimoniū
nisi ab ea fuerit recessum vel periurium fuerit subsecutū con-
sensu de pn̄ti vel per carnalem copulaȝ. vt de cōditione appo.
c. de illis. c. super eo. ꝛ. c. per tuas. Impossibilis vel illicita cō
ditio addita contra naturaȝ matrimonij nō viciat contractum.
qꝛ nō habetur pro adiecta. eo. ti. c. j. ꝛ. c. fi. Si votum est solēne
dirimit matrimoniū simplex aut contrahendū impedit. sed nō
dirimit post contractum. infra qui cle. vel vo. c. iij.
¶ Dicitur autem solenne votum efficax quo ad matrimoniuȝ
dirimendum. vel per susceptionē sacri ordinis. vel per ꝓfessio
nem tacitam vel expressam factā alicui de religionibꝰ per sedē
apostolicam approbatis. infra de voto. c. vnico. li. vj.
¶ Cognatio triplex est. Spiritualis. Carnalis. ꝛ Legalis.
Primo igitur de spirituali tanq̄ȝ de digniori videamus.
¶ Est aūt cognatio spiritualis attinentia ꝓueniēs ex sacramēti
datione vel ad id detentione. Et est sciendū q̄ si cōpater cōtra
hat cū cōmatre dirimit matrimoniū. ꝛ hoc est verū cum compa
ternitas precesserit matrimoniū. Si aūt est secuta siue sciēter
siue ignoranter matrimonium nō separatur. Imponitur tamē
penitentia id dolose facienti. Et scias q̄ si alter coniugū matri
monio cōsumato tenet pueꝝ de sacro fōte ambo sunt cōpatres
parentibus infantis. Si aūt filius alterius leuatur tantum de
sacro fonte nō per hoc alter cuius nō erat filius efficitur com-
pater leuantis. Idem si post cōpaternitatem contractū matri-
moniū cōsumaui. quia vxor predicta nō efficitur mihi vel tibi
cōmater. quia per vnionem carnis sequentem non transitur in

vnionem spiritus precedentem. Et qd dixi de compaternitate qp dirimit. intellige de illa que contrahitur per baptismuz: vel per confirmationem in fronte. Compaternitas auté contracta per cathecuminum impedit sed non dirimit. Per alia autem sacramenta non contrahitur compaternitas impediens vel dirimens. et sicut cõpatres contrahere non possunt. sic nec filij duorum compatrum si per eorum vtrunqz vel alterum eorum deuentum fuerit ad compaternitatem. et scientes contrahi denunciare debent ecclesie. Si autem per neutrum eoꝝ deuentũ est ad compaternitatem nõ dirimitur. nisi cõsuetudo esset in contrarium. Et scias qp licet vnus solus debeat leuare in baptismo vel confirmatione. si tamen plures leuant contrahitur cognatio quo ad omnes.

¶ Cognatio legalis. que est proximitas proueniens per adoptionem: tres habet prohibitiones. Unam temporalem. Et duas perpetuas. quia frater carnalis non contrahit cuz sorore adoptiua durante adoptione. Finita vero tali adoptione per emancipationem tunc enim bene contrahitur. Alia est perpetua inter adoptantem et adoptatum etiam soluta adoptione. Tertia est perpetua inter adoptantem et vxorem adoptati. et adoptatum et vxorem adoptantis.

¶ Cognatio carnalis in quarto gradu cõsanguinitatis vel affinitatis vel citeriori dirimit matrimonium. In quinto aũt vel vlteriori bene contrahitur. sufficit autem vt vnus cõtrahentiũ excedat quartum gradum licet alter sit in quarto vel citeriori. et hoc de iure. Si tamen dispensaretur: vt pone de Anglicis: qp posset contrahere in quarto gradu. requireretur qp vterqz distaret a stipite in quarto gradu. maxime vbi consuetudo hoc approbat. Et qp dixi dispensari. intelligas per papaz. qr inferior nõ posset. Et si obtineretur dispensatio in matrimonio inique contracto expressa causa falsa non valet nisi per eundem tolleretur. Si tñ infideles ẜm legem suam cõiungerentur in gradu prohibito per ecclesiam post baptismũ non separantur.

8

¶ Crimen incestus impedit matrimonium: sed non dirimit: Item machinatio in mortem coniugis non secuto effectu. Et idem in alijs criminibus.

¶ Preter ista duodecim que impediunt et dirimunt matrimonium sunt alia duo que impediunt matrimoniū contrahenduz sed non dirimunt iam contractum. scilicet tempus feriarum: et interdictum ecclesie. Unde versus.

Ecclesie vetitum. necnon tempus feriarum.
Impediunt fieri: permittunt facta teneri.

¶ Finis.